

h. 2, 7i.

h. M. II, 285.



1. C
2. 5

1. Christian Hieronymi Müllersort Cautelae juris
feudalis.

2. Hof. Peter Ludwig von Jagen Mängel und
der Verabreichung des künftigen Lehn Rechts.

2.

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, possibly a list or account.]

JU

In
& M
P

CH



CAUTELÆ
JURIS FEUDALIS,
UTILES ac PRACTICABILES

Non solum

In Caufis Personarum ignobilium, sed
& Nobilium, Baronum, Comitum, Princi-
pum ac aliorum, qui Feuda possident, vel circa
Negotia Feudalia versantur.

IN USUM STUDIOSE JUVENTUTIS
conscriptæ,

à

CHRISTIAN. HIERON. Mühlpsfort/J.U.D.
& Sax. Gothan. Consiliario.



ERFURTI,
Apud JOH. GEORG. STARCKIUM.

Litteris Georgii Henrici Mülleri, M. DC, XCIIX.

CALTELLA
IURIS FEUDALIS
LITTEAE PRACTICABILES


In Causis Personarum ignobilium, sed
& Nobilium, Baronum, Comitum, Principum
quibus de personis, qui in iudicio agunt, vel circa
negotia feudalia versantur.
IN USUM TYDORAE MONTANAE
COLLECTIO

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



ESTURTA
Abbat J. H. GEORG. STURCKIUM.
LITTEAE PRACTICABILES P. DC. XCVII.





SALUTEM & OFFICIA.
LECTOR BENEVOLE.



Non est inibi dicendi copia,
quã incomparabilem Ju-
ris nostri Feudalis pru-
dentiam providentiam-
que, ne dicam exornare,
sed decenter demonstrare valeam.
Quantopere illud & pro conservandã
rerum atq; personarum feudalium sa-
lute atq; incolumitate, & pro averten-
dis malevolorum hominum insidiis ac
fraudibus sollicitum sit, sint argumen-
to cautela illa, quas in pertractando
jucundis simò Juris hujus studio, divi-
na aspirante gratiã, observavi. Sta-
tuebam itaque Cautelas istas charta
mandare, mandatas rationibus ac te-
xtibus firmare, firmatasque publicam
in lucem edere prebiturus Studiosa Ju-
ventuti ansam, quã plures atq; absolu-

tiores invenire possit. Accipe illas, Lector Benevole, daque veniam labori huic, sicubi in precipitatio hoc negotio hallucinati fuerimus. Hoc n. nostrum inceptum perfunctorium, non justam plenamq; operam, profitemur. Præterea est certè humani ingenii lapsis quidem, sed pro virili annitentibus, benignè condonare, in accipitibus boni consulere, ac omnia interpretari candidissimè. Quod si placuerint, non deero, quin complures alias, forteque magis excultas Cautelas Feudales, cupido juvenuti exponam. Sed Et animus est, si cælum faveat, exhibere observationes feudales, in quibus elegantes ac in foro Saxonico maximè frequentes Juris Feudalis quaestiones enodavi, textibus non minus quam rationibus solidis stabilivi, nec non celeberrimorum Germaniæ Collegiorum Responsis atq; Judicatis, ut Et decretis atq; Rescriptis Principum, hætenus typis nondum excusis, illustriores reddidi. Vale! Datum Gothæ d. 13. Febr. 1680.

CAU-



CAUT. I.

Circa exhæredationem filiorum.



Noti Juris est, filium exhæredatum in feudis posse (a) succedere. Quapropter patri, qui filium omnibus omninò bonis testamento suo excludere fatagit, suggerimus hoc consilii, ut cum consensu Senioris atqve (b) agnatorum feudum distrahat, reservatâ habitatione ad tempus vitæ. Tunc enim filius nec jus habebit aliquod in pecuniâ (c) ex feudo redactâ, neqve feudum alienatum (d) revocare poterit. (e)

(a) Dn. Struv. S. J. F. C. 9. apb. 12. n. 8. nisi quæstio sit de feudo hæreditario, quod filius exhæredatus obtinere nequit. H. Pistor. 2. Q. 1. n. 68.

Le-
bori
otio
um
am
ter-
qui-
eni-
on-
dis-
ero,
gis
ida
us
va-
sa-
ue-
tio-
m
tis,
fe-
idi.
U-



6 *Cautel. feudal. I. circa ex hered. filior.*

(b) Loquimur de feudo paterno; feudo enim novo potest pater filium cum consensu Domini excludere, Rosenth, *d. Feud. C. 7. Concl. 15.* & ideò hoc casu, ne quidem alienatione opus erit. Facilius autem pater impetrabit consensum agnatorum, ipsis promittendo, se pecuniam in alterius feudi emptionem collocaturum. Cujusmodi pactum prodest solum paciscentibus, nequaquam verò filio ex hæredato, per ea *Carpzov. P. 3. C. 30. D. 7. H. Pift. P. 2. Quest. 20. n. 10. & 20.*

(c) Quoniam refertur inter res allodiales, à quibus vigore testamenti paterni exclusus est. *2. F. 26. §. Si Vasallus. Dn. Struv. S. 1. J. C. 4. apb. 5. 6. Consuli. Sax. P. 2. Q. 28. Wefenb. Consil. 79. per tot.*

(d) Etiam si sit paratus pretium refundere, Rauchb. *Quest. Sax. 43. n. 24.* Liberris n. simpliciter denegatur facultas feuda à patre alienata revocandi, quâ de re agit latissimè H. Pistor *P. 2. Q. 13. per tot. add. Dn. Struv. S. J. F. C. 13. apb. 16. n. 6.*

n. 6. oder dendi paucis abhinc annis in ditione quadam Saxonica feliciter practicum memini. Erat antiquitate generis, gloriaque majorum maximè celeberrimi cujusdam nobilis filius unicus, de quò cum omnes benè sperarent, accidit ut ipse in Italiâ Catholicæ sese religioni addiceret. Hujus rei fama dum in patriam perveniebat, simulatque staturabat pater testamentum condere, & in eò filium apostatam exhæredare; Informatus autem, causam hanc minus justam esse ac sufficientem ad exhæredandum Dn. Struv. Ex. 32. §. 34. jura illa, quibus filius defendebatur, velut injustissima & impiissima execrabatur; licet perperam. Interim quid factò opus eras? Pater impetratò consensu Senioris atque agnatorum, vendebat castrum suum maximè splendidum (reservatò in habitationis jure usque ad mortem) unà cum omnibus bonis feudalibus, instituebat filium in legitimâ, & reliquam hæreditatis summam valdè luculentam tribus filiabus susper-

8 *Cautel. feud. 1. circa exhered. filior.*

stitibus testamento assignabat. Nec huic filius restitit, metuens, ne quoque legitima privaretur, si, instituta actione inofficiosi, succumberet. Nam qui testamentum inofficiosum improbe dixit, & non obtinuit, perdit illud, quod in testamento accepit, & id vindicatur fisco, tanquam indigno ablatum, l. 8. §. 14. ff. de Inoff. Testam. Dn. Struv. Ex. X. lb. 28.

(e) Hisce ferè consonat doctrina Dyni monstrantis parentibus viam liberos legitimam defraudandi, ut nimirum bona sua alicui titulo oneroso polliceantur; cum tunc id, quod ex promissione debetur, velut æ alienum ante legitimam deduci possit. Veruntamen tam fraudulentæ ac inofficiosa alienationi remedium invenere interpretes concedendo actionem Favianam vel Calvisianam utilem, quæ fraudulentam hujusmodi alienationem usque ad portionem legitimæ (non in totum) liberi revocare valeant. d. l. 4. ult. ff. Si quid in fraud patron Rauchb. d. l. n. 27. 30. seqq.
Et

Cautel. II. Circa exhæred. par. & frat. sor. 9

Et ex pari statuendum autumno, jam-
jam nominatam actionem utilem iti-
dem pro modô legitimæ competere in
casu, ubi pater feuda in fraudem filiorû
alienavit, illosq; postmodum sine cau-
sa legibus probatâ exhæredavit; cessare
autem penitus, si quando patrem justa
ad exhæredandum causa commove-
rit.

CAUTEL. II.

*Circa obliquam exhæredationem pa-
rentum fratrum & sororum.*

SI quis liberis non procreatis, nolit
bona suâ ad parentes, fratres aut
sorores post mortem suam pervenire,
interim verò vel justa exhæredandi
causa absit, vel ad evitandas maledi-
centias eosdem nolit nominatim
exhæredes facere, remedium est, ut
pecuniæ paratæ qualitatem feuda-
lem tribui (a) curet, reliqua etiam
bona in feudum offerat & recipiat.

A 5

Tunc

Nec
loque
tione
n qui
bè di-
quod
catur
8. §.
Ex. X.

Dyni
os le-
bona
ntur;
e de-
nam
frau-
i re-
nce-
lvifi-
jus-
orti-
iberi
vid in
segg.
Et

Tunc enim neque pater (b) neque mater (c) neque fratres (d) aut sorores (e) hujusmodi in bonis succedere valent.

(a) *A quonam? v. infra Cautel. 3.*

(b) Ratio, quia ascendentes tam in feudis novis, quam antiquis regulariter non succedunt. 2. F. 50. Dn. Struv. s. J. F. C. 9. aph. 3. n. 1. & 2. Schnob. D. Feud. 7. § 2. 3. & seqq.

(c) (d) Partim quia generaliter statutum est, quod foeminae in feudis haud succedant: partim etiam, quia successione feudi excluduntur filiae vasalli 2. F. 11. v. ad filias. Ergo multo magis ab eadem removentur sorores. Praeterea, quae diximus, illustrat non minus quam confirmat *Responsum Fac. Jenensis ad consultationem Ursulae & Sabinae von Willunaen*: Weiln die der Kayserl. Majestat in die Cammer von euren Vater geliebene Gels der bey seinem Leben zu leben nicht gemacht / sondern das Capital unverändert in seinem Mund verlediget: Ob nun wohl hernacher eure Brüder von Kayserl. Majest. erlanget/das
die

Cautel. feud. III. Circa debita Principis. 11

Die Gelder zu lehen gemacht / so haben sie doch die durch des Vaters Absterben auf euch gefallene Berechtigung nicht entwenden / noch euch zum Nachtheil handeln können / sondern seynd derentwegen mit euch gebührende Vergleichung zu treffen / und abzufinden schuldig. Was aber eures verstorbenen Bruders Antheil betrifft / weil derselbige selbigen nicht als Erbe / sondern in Krafft Kaysersl. Privilegii, als ein Lehen verlassen / so habet ihr euch dessen nicht anzumassen. B. N. W.

(d) Ratio, quia fratres in feudô novô haud succedunt. *F. 11. 12. & 18.* nisi speciali pacto aliud cautum sit, Schnob. *D. F. 7. 8.*

CAUTEL. III.

Circa debita Principis.

COMMUNE ac prudenter agit auctoritate præditus minister persuadendo obæratu sui (a) Principis creditoribus, ut nomina Principi offerant, & in feudum (b) recipiant. Eaquæ Cautela non tantum habebit locum adversus creditorem plebejum,

jum, verum etiam eum, qui Principi æqualis [c] aut eò superior est.
(d)(e)

(a) Notandum hîc, quod cautela jamjam adducta propria sit solius Principis, & ob id Baronibus, aut Comitibus non profit, nisi etiam hi vel præscriptione legitima, vel indulgentiâ Superioris (Des Lehn- und Landes-Fürsten) feudi pecuniarii constituendi facultatem acquisiverint. v. Carpz. 3. C. 30. D. 10. n. 11. Coler. Decis. 94. n. 6. Hinc formula quoque communissima solet inferi investituris: Daß sie solches Geld aus Fürstl. Macht/Hoheit und Obrigkeit zu Lehn machen / ihme geben die Art/Natur und Eigenschafft des Lehns / also daß es hinfürder verdienet werden soll / und daß solchem Gelde / als Lehn / so oft es verfället / gebührliche Folge geschehen / und daß solch Geld aus der Natur der Erbschafft genommen seyn solle. 2c. quam refert. Dn. Struv. S. J. F. C. 4. apb. 3. n. 2.

(b) Destruit enim feudi hujus constitutio obligationem Principis, novamque obligationem Vasalli generat. Nec de
in-

injuriâ conqueri potest creditor, quippe qui ex Camerâ quotannis certos pecuniæ redditus percipiat, nec non tutelam sibi feudalem certè polliceri queat. Ne quid dicam de aliis fructibus, qui ex gratiâ vel amicitia Principis tali modo comparatâ in eum (creditorem sc.) possunt redundare. Quid? quod hoc consilium creditor ineptè respuit confidens tantum actioni, quæ adversus Principem competit. Si non est solvendo, frustra litigabitur; si habet, unde creditam pecuniam solvere possit, est, cur creditor consideret, difficile esse negotium cum principe litigare, difficilius sine detrimento vincere, difficillimum solutionem victo extorquere. Et hoc olim ita practicum esse, quodammodo confirmat relatio facti, decisi per responsum Facultatis Juridicæ Jenensis allegatum suprâ *Caut. 2.*

(c) Quoniam vel Imperii nostri Principes ab alio Principe Feudum pecuniarium accipere possunt, sive sponte suâ Princeps alium Principem de pecunia ejus-
mo-

14 *Cautel. feud. III. circa debita Principis.*

modi investiat, sive oblatam ipsi in feudum concedat. Cum investitura & fidelitas Vasallum, non subditum efficiat. *Magn. Dn. Lynk. tr. de grav. extraj. Sect. 1. Cap. 5. §. 24. n. 5.*

(d) Cæterum ex dictis etiam colligere licet rationem, quâ quis mediante in casu necessitatis protectorem feudalem sibi comparare possit, sc. in feudum offerendo personæ potentiori s. seculari, s. Ecclesiasticæ vel nomen, vel pecuniam paratam, vel alias res, v. c. Principatum, Baroniam, civitatem, pagum aut castrum. Constat hoc exemplo nobilium de Bercken, qui, acquirendi patrociniî causâ, castrum Limberg obtulere Comitibus de Freyburg, testantibus literis Oblationis, quas exhibet *Besold. in Thesaur. Pract. voc. aufgetragen Lehn fol. m. 70.* nec non Comitum Sarwerdanorum, de quibus *Gæddeus* conijcit, quod civitatem Saarwetden / civitatem Bodenheim & villam Weibersweiler / metu potentioris violentiæ Episcopo Metensi in feudum obtulerint,

Vol.

Cautel. feud. III. Circa debita Principis. 15

Vol. 4. Consil. Marp. 37. n. 726. Perhibent quoque, Mariam Jeveranam ditionem suam obtulisse Ducibus Burgundiæ, ut contra violentas vicini Comitis Ostriæ manustuta esset. *Arum. V. 2. disc. 26.*

2. 17.

(c) Sed & interdum debitores rem alodialem in feudum offerunt creditoribus, ut hi creditum remittant, respectentes exemplum DNN. Comitum Waldecensium, qui ex eadem causâ Anno 1438. Comitatum Waldecensem DN. Landgravio Hassiæ obtulerunt, ac in feudum receperunt, testantibus literis sequentibus: Wir Heinrich und Ballraffe sein Sohn Graffen zu Waldecken/ befehlen vor uns und alle unser Erben öffentlich in diesem Briefe vor allen Leuten / Als
„ der Hochgebohrne Fürste / Herr Ludwig
„ zu Hessen/ unser lieber Oheim/ uns mit einer Summe Geldes / umb unser anliegende Noth und Schuld willen / darinn
„ wir ickht sin/ Gehülffen hat / nemlich ein
„ Theil derselben Schuld / da wir die schuldig waren/ zu ihm genommen / sich darinn
gesagt/

„ gesagt / und uns der gelediget hat / und
 „ uns auch ein Theil an gereiden Gelde / un-
 „ ser grossen fürtrepfflichen Schaden da-
 „ mit zu verhüten / ausgerichtet hat / das uns
 genüget / daß wir dann seiner billich danken
 sollen / und also haben wir solche seine Treue
 und guten Willen / als er uns damit bewei-
 set hat / angesehen / und auch angebohrne
 Sippeschafft Rath und Trost uns seine Lie-
 be thun mag / als wir uns des gänzlich zu
 ihm versehen / und haben ihm wiederumb
 unsere Graveschafft zu Waldecken / die un-
 ser frey eigen Erbe ist / und unsre obre Ael-
 dern / noch wir von keinem Herrn nie zu
 Lehn gehabt noch getragen haben / ganz und
 alle mit alle ihren Zugehörigen / als viele uns
 der zuset / verpfand und Unverpfand und
 hernach mächtig werden mögen / Es sie an
 Manschafften / Schlossen / Dörffern / Leu-
 ten / Es sie an Lehn-Gerichten / Friensstulen /
 Kehnnten / Zinsen / Gefellen / Wassern /
 Weiden / an Ackern / Wiesen / Felden / Wel-
 den / Wildban / Fischerein / Herrligkeiten /
 Freyheiten / Rechten und Gewohnheiten
 und anders / welcherley das sie / und wie man
 das genennen mag / nichts davon ausge-
 nom-

nommen/als unser Aldern vor und wie nach
die ingehabt und herbracht han / demselben
unsern lieben Oheim von Hessen recht und
redelich / so wie immer rechtliches sollen und
mögen/ ufgetragen / ufgelassen und ufgege-
ben vid. Beylagen hessischer Deduction
contra Waldeck. lit. A.

CAUTEL. IV.

Circa Divisionem Feudorum.

VAlet omninò divisio, quâ uni
cohæredum feuda, alteri (a) al-
lodia assignantur. Sed hîc is, qui
allodia accipit, in feudo cohæredi as-
signatò reservet sibi specialiter simul-
tanæ investituræ jus, [b] ejusque re-
novationem petat. His neglectis,
tantum abest, ut post mortem cohæ-
redis, etiamsi fratris feudum ejus-
modi successionis (c) Jure acqui-
rat.

(a) Rosenth. *de feud.* C. 9. §. 83. Mozz.

B

tr.

18 *Caut. V. Circa divisionem Feudorum.*

tr. de feud. rubr. de divis. feud. numer. 46.

(b) *Illustr. Dn. Struv, S. J. F. C. 10. apb. 3. n. 5.*

(c) Maximè in foro Saxonico, ubi investituram simultaneam sine quâ agnati nequidem in feudo antiquo succedunt, *Lehn & Recht C. 21. fin. & Hartm. Pistor. 19. n. 41.* divisio prorsus rumpit, omnemq; spem in feudis succedendi adimit. *Const. Elect. 45. p. 2. Wesenb. v. 2. cons. 84. fin. & consil. 82. n. 17.*

CAUTEL. V.

Circa divisionem Feudorum.

EX antea dictis rursus aliam annotamus regulam pro fratre, cui in divisione feuda eâ cum pactione assignata sunt, ut certam pecuniæ quantitatem fratri suo exsolvat. Hoc in casu videntur suadere jura nostra, ut frater, qui pecuniam accepit, speciali

d. nu-
apb. 3.
vesti-
ti ne-
unt,
or. 19.
emq;
limit.
conf.

ciali (a) pacto adstringatur curare,
pecuniam acceptam etiam in feu-
dum converti, atque fratrem exsol-
ventem de eâ simul (b) investiri.
Quod nisi fiat, fratri nihil obstat, quò
minus vel acceptâ pecuniâ pro arbi-
trio suò uti & abuti, vel per testamen-
tum fratrem, qui pecuniam dedit,
à successione penitus valeat [d] exclu-
dere.

(a) Nam, qui ob feudum ex divisione pe-
cuniam pro ratâ suâ accepit, obligatus
non est illam in emptionem prædiorum
feudalium collocare, nisi pacto promi-
serit. *Consult. Saxon. P. 2. Q. 28.*

n. 119.

(b) *vid. Prückm. Vol. 2. consil. 9. n. 119.*

(c) Quia est res allodialis, de quâ valet re-
gula: quilibet rei suæ liber est modera-
tor ac arbiter. *l. 21. C. mand.*

(d) Cum querela in officiosi testamenti
fratribus non competat, quam si perso-
na turpis instituta fuerit. *pr. J. ibi-*

B 2

que

20 *Caut. feud. VI. Circa concessionem expect.*

*que Mynsing. n. II. 12. de inoff. te-
stam.*

CAUTEL. VI.

Circa concessionem expectativa.

SI duobus expectativa concessa, & posterior possessionem feudi natus sit, utique hic (a) præfertur priori, nisi (b) Princeps in investiturâ dixerit se velle, ut possessio feudi in primum investitum transferatur. Exinde cauti sint, qui investituras hujusmodi impetrant, ut semper curent (c) inferi illis formulas, ex quibus colligatur, quod Princeps investito dominium sine traditione voluerit concedere.

(a) *Et per a. l. 15. C. de Rei Vind. & quoniam, qui duobus vinculis nititur, fortiori jure munitus est, quam is, qui unico saltem infistit a. l. 2. J. de adopt. Consultatur autem alteri, cui feudum non tradi-*

Caut. feud. VI. Circa concessionem expect. 21
ditum & actione ad interesse, *Illustr. Dn.*
Struv. S. J. F. C. apb. 9. n. 5.

(b) *Jaïon in L. quoties. 15. C. de R. V.*
n. 31.

(c) Hac enim ratione tuti erunt, ne dein-
de alius similem investituram impe-
trando, & possessionem præoccupan-
do jus ipsorum intervertat, admonente
Hart. Pist. P. 29. n. 26. Licet hîc facere
mentionem famosæ illius controver-
siæ, quæ est de Ducatu Juliacensi ac
Montensi. Horum Ducatum expe-
ctantiam concesserunt Imperatores
Fridericus III. & Maximilianus I. Ele-
ctorali atque Principali Domui Saxoni-
cæ. Sed cum dicta feuda aperta facta
fuerint, non solum eadem Dux Cleven-
sis Johannes occupavit, sed & à Carolo
V. anno 1521. super istis investituram
impetravit, salvô tamen Jure tertii.
Mortuò etiam Duce Johanne Wilhel-
mo, jam nominata feuda Elector Bran-
deburgicus & Palatinus Neoburgensis
occuparunt inter alia allegantes, Do-
mui Saxonicæ propterea nullum jus re-
ale

ale competere, quod pervulgata jura feudalia is, qui possessionem rei infeudatæ adeptus est, potior habeatur eò, qui simplici nititur investitura de caducitate feudi, licet hic prior investitus esset, ille verò posterior: Cum ex nudâ investiturâ sine traditione jus aliquod reale in feudo non acquiratur. At verò hisce responderunt Sereniss. Elector ac Principes Saxonici, Majores suos à Frider. III. & Maxim. I. non impetrasse nudam dictorum Ducatum expectativam, sed investituram cum translatione domini, talique casu allegatam Juris feudalis rationem locum nullum invenire. vid. Wiederholte Summar. Deduction des Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen / an den verledigten Fürstenthümern / Jülich / Cleve und Berg etc. erlangten Rechtens. S. Neunter Einwurf. Ubi sequentia legimus: bey diesem Einwurff wird von Gegentheil præsupporiret, ob hätte das Chur- und Fürstl. Haus Sachsen per concessionem Friderici III. & Maximilian. I. die bloße expectanz / oder das Bedinge und abusivam
 inve-

investituram an denen Fürstenthümern
Jülich und Berg erhalten / welches doch im
geringsten nicht eingeräumt / sondern al-
len Rechten nach / ihme propria Investitu-
ra cum translatione Domini zugeleget
wird / welche auch in Wahrheit von Frider.
III. und Maximil. I. geschehen / allerma-
ßen / eben allbereit bey dem 6. Fundament
des Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen / aus
denen Worten (Geben und Verleihen ge-
genwärtiglichen und in Krafft dieses Brie-
fes / zur Stunde ohne Mittel / lediglich und
unverhindert / iezo alsdann / und dann
als iezo / kommen und fallen sollen) zur
Genüge erhärtet / Hat also das Chur- und
Fürstl. Haus Sachsen durch solche conces-
sion zugleich nebst dem dominio auch die
possession erlanget / massen die Rechts-
Gelehrten einhelliglich dahin schliessen /
quod summus Princeps , ceu lex ani-
mata in terris, Dominium absque tra-
ditione in alium transferat, si impri-
mis prægnantibus ejusmodi verbis ad
transferendum accommodatis fuerit
usus, actuali executione tantummodo
suspensa , prout multis exemplis pro-

batum dederunt *Jason, Gailius, Rosenthal*/ Covar. Pruckmannus & centum alii: Den obschon etliche an dieser Maxima Doctorum zweifeln wollen / so verstehen sie doch ihre Meinung nur von den Fall / wenn ex verbis concessionis nicht erscheinet / daß der Princeps concedens seine Begnadigung etwas höher spannen / und von den gemeinen Regeln abweichen wollen / wie solches gar wohl Hartm. Pistor. erkläret; Wer solte aber denen verbis & clausulis emphaticis, derer oben Meldung gethan / den effectum transterendi domini nicht zuschreiben / und Käyser- und Königliche allergnädigste Meinung daraus verwerffen / zwar unterstehet sich der Autor des / von ihm also titulirten wohlgegründeten Special Berichts von des Hauses Sachsen vermeinten interesse in seinen rationibus decidendi §. wie den 16. 20. bemeldte Worte allein auff die licenz eigenmächtig selbige Lande einzunehmen / lediglich zu restringiren; Allein weil die Käyserl. concessionen die eigenthätige Einnahme und occupation der Lande allererst der geschehenen investitur anhangen / so können

nen

nen obige Wort darauf nicht fuglig gezogen werden / es leidet auch der contextus diesen Verstand nicht / sondern gehet gar klärlich dahin / daß / wenn die Lande vor bezührter massen auf das Chur- und Fürstl. Haus Sachsen / gefallen seyn / darnach die Chur- und Fürsten zu Sachsen / dieselbe von ihrer Majestät und dem Reich zu verdienen / einnehmen mögen / nicht höherer importantz ist die andere restriction bemeldtes Pfälzischen Autoris , wenn er nehmlich in S. fürs 20. einstreuet / es habe vorerwehnte Maxima der Rechtslehrer de transferendo Dominio à Principe summo absque traditione allein in dem Fall statt / wenn Käyserl. Majest. als concedens , das Lehen tempore investituræ vel concessionis besitze / dann sonst das Dominium pure nicht transferiret werden möge ; Nun sey aber notorium , das weder Käyser Friedrich der dritte / noch Maximilianus I. Zeit gethaner Verleihung der Jülich- und Bergischen Landen solche in Besitz gehabt / weil sie damahls noch nicht apert gewesen. Es stehet aber auch diese restriction auff schwachen Beinen / in deme

translatio conditionalis, existente conditione in effectu ebenmäßige Wirkung hat/ und dem Concedenti die Hände bindet/ nicht anders/ als wenn sie retrò purè, und ohne Bedingung geschehen wäre. Siquidem ex Jure notissimo conditionis existentia retrahitur ad tempus concessionis, ita ut ab initio venisse ac purè contractum intelligatur. Welches zumahl bey gegenwärtiger Belehnung propter clausulas & verba emphatica (Zur Stund/ jezò alsdann/ und dan als jezò) eingeräumt werden muß/ quia dictiones ejusmodi sunt reflexæ, terminumque ad quem jungunt termino à quo, & vice versâ existentiam conditionis initio obligationis, perinde ac si Domini translatio ipso die concessionis facta, fuisset, differente ita eleganter *Zasio & Cothmanno*, und das daher auch in Concessionibus sub conditione factis das Dominium sine traditione transferiret werde. Quando de voluntate Principis præsumptivè constat: bezeugen *Hartm. Pistor. Anthon. Pereg. Prückman.* Weil denn diesem allen nach / zuerst und allbereit

bereit Anno 1483. und 1486. das Chur- und
Fürstl. Haus Sachsen per veram ac pro-
priam investituram unā cum Dominio
auch die possess der Jülich- und Bergischen
Landen erlanget / effectu realis saltem
occupationis ad tempus aperturæ su-
spensio, so hat weder nach tödlichen Ab-
gang / Herzog Wilhelms zu Jülich und
Berg Anno 1511. Herzog Johannes zu
Cleve / noch Anno 1609. nach Absterben
Herzog Johann Wilhelms zu Cleve Chur-
Brandenburg und Pfalz Neuburg sich der
Erstigkeit und einiges Vorzugs respectu
possessionis zu rühmen / dahero ferner die
dispositio legis Quoties C. de R. vind. in
gegenwärtigen Fall keine Statt findet.
Conveniunt namque Interpp. Juris
uno ore, quod in casibus in quibus ex
concessione Principis sine traditione
Dominium transtertur non fit atten-
denda dispositio *d. l. quoties*, Anton. Fa-
ber, Thoming. Hart. Pistor. Gail. unter
denen vornehmlich gedachter Pistor. zu le-
sen ist / welcher in terminis terminanti-
bus, feudi scilicet cum conditione, si
Vasallus sine hærede decessisset, con-
ces-

cessi, redet / und post Andr. d. *Infernia*,
 Jason. & Matth. de *Afflictis*, gleichsam
 epiphonematis loco hanc notabilem
 cautelam annectiret; Erunt igitur cau-
 tiilli, qui ejusmodi investituras (de
 quibus ante dixerat, nempe sub condi-
 tione, si sine hæredibus feudalibus Va-
 fallus possessor decefferit.) impetrant,
 ut semper curent investituris inferi
 clausulas, ex quibus colligatur, princi-
 pem ipsis dominium sine traditione
 concedere voluisse. Hâc enim rati-
 one tuti esse poterunt, ne deinceps alius
 similem investituram impetrando &
 possessionem præoccupando (ut hic à
 Duce Clivenfi Anno 1511. factum) jus
 ipsorum invertat, welches / alldieweil es
 „ von Chur-Fürst Ernst / und Herzog
 „ Albrechten zu Sachsen / wie obgemeldet /
 „ beobachtet / und die Concession vermit-
 „ telst solcher prægnantium verborum
 „ & clausularum aus eigenem Beweg-
 nis / mit wolbedachte m Muth und rech-
 tem Wissen / Item geben und verleihen
 ihn und ihren Leib-Erben / Item das die
 Fürstenthümer zur Stunde und ohne
 Mit-

Mitthul lediglich und unverhindert / ex nunc pro & tunc, dem Hause Sachsen heimfallen / geschehen / so hat ein ieder vernünftiger unschwer zu ermessen / daß die concedirende Käyser in terminis nudæ promissionis nicht verbleiben / sondern das dominium revera stracks anfangs in respect der künftigen existirenden condition des Absterbens Herzog Wilhelms zu Jülich und Berg transferiren wollen.

CAUTEL. VII.

Circa dot alitium pro viduâ.

MOribus invaluit, quod viduis illustribus atqve nobilibus dotalitia (a) constitui debeant, etiamsi ea maritus (b) haud promiserit. Videat tamen vidua, quò dotalitii nomine sibi reditus annui exsolvantur, non (c) ipsum feudum usus fructus causâ tradatur.

(a) Tum

(a) Tum à Vasalli Successoribus, tum ab ipso Domino, si illi feudum aperiatur.

Schulz. *Syn. 7. F. C. 8. n. 216.*

(b) H. Pistor. *P. 1. Q. 4. n. 2. Carpzov. P. 2. C. 44. D. 2.*

(c) Hoc enim in casu vidua tenetur & cautionem præstare, Carpz. *p. 2. C. 42. D. 7.* & Inventarium conficere: Carpzov. *p. 2. C. 42. D. 8. & P. 3. C. 33. D. 7.* & collectas solvere, *a. l. 27. ff. de usu, usufr. leg.* Schulz. *Syn. 7. F. C. 8. n. 250.* aliaque plura onera dotalitio imposita sustinere: Quæ omnia declinare potest contenta redditibus annuis; de quorum quantitate, quæ præstari debet, vid. Carpz. *p. 2. C. 42. D. 2. 3. & Illustr. Dn. Struv. S. 7. F. C. 14. aph. 11.*

CAUTEL. VIII.

Circa dotalitium pro successoribus feudalibus.

Quando vidua secundis nuptiis renunciauit, neque non ob floridam

ridam illius ætatem metuendum, ne nimis sero feudum, in quo dotaliti-um constituendum, ad successores feudales revertatur, tunc hi sibi optimè prospiciunt, si viduæ & illa- tam dotem, & donationem pro- pter nuptias doti æqualem reddant ac persolvant. Quo facto (*) feu- dum ad ipsos statim pervenit, nec vidua dotalitium postulare va- let.

* Ratio quia dotalitium in compensati- onem dotis, ut & ratione donationis propè nuptias constituitur: *Illustr.* Dn. Struv. S. 7. F. C. 14. apb. II. n. 1. & in successorum feudalium electione fitum est, utrum dotalitium constituere, an dotem unà cum antipherna viduæ reddere malint. v. Carpz. p. 2. C. 44. D. 7.

CAU.

CAUTEL. IX.

Circa dotem pro uxore.

Nobilis aut illustris uxor bona sua omnia, aut eorum plurima sub qualitate [a] dotali marito tradat, nullaque aut quam modica, nomine bonorum [b] paraphernalium in mariti domum inferat.

(a) Quatenus hæc vel adjicitur expressè, vel tacitè ex justis præsumptionibus colligitur, quas refert celeberrimus. Dn. Roth. *in diss. Jur. de Paraph. uxor. bon. c. 1. ib. II.*

(b) Etenim vel dos ex feudo restitui, vel in ejus compensationem dotalitium constitui oportet. Et quidem est in arbitrio mulieris, utrum dotem repetere, an dotalitium constitui postulare malit. *p. 2. Const. Elect. 44. Hartm. Pistor. p. 1. Q. 4. 19. Schulz Synt. J. F. C. 8. n. 230.* Porro ad repetendam dotem sufficit probare, eam verè illatam esse,

esse, cum ex hac ipsa numeratione, moribus Saxonis, versio in feudum præsumatur. *Dn. Illustr. Struv. S. J. F. C. 14. apb. 5. n. 2. Schulz. S. Feud. c. 1. n. 227.* Ex adversa parte dotalitium propter bona paraphernalia nequaquam constituitur, per ea *H. Pistor. v. 1. Q. 4.* neque hæc à successoribus feudalibus restituntur, donec ritè ac legitimè vidua probaverit, quod inutilitatem feudi reverà versa fuerint. *conf. Carpzov. tr. de oner. feud. dec. 4. Pos. 4. & Decis. 59.*

CAUTEL. X.*Circa dotem pro marito.*

QUæ in proximè præcedenti Cautela dicta sunt, mandabunt memoriæ ii ex nobilibus, qui omni divitiarum copiâ abundantibus mulieribus summo studio venantur, minus animadvertentes, quàm sit periculotum, (a) amplam ab uxore dotem

C**tem**

tem accipere. Quicumque ergo nobilium conjugem magnam auri argentique vim habentem, Deo propitio, invenit, is eam sibi indotatam (b) vel parum dotatam associari, ejusque facultates atque bona ut paraphernalia inferri curet. (c)

(a) Namque (1.) quod dotis nomine illatum est, debet in Constitutione dotalitii duplicari. E. C. Si pro dote dati sunt 1000. floreni, tunc in singulos centenos decem floreni annuatim, donec vidua superstes est, persolvendi sunt. H. Pistor. p. 1. Q. 4. n. 1. Idque partim ob incertitudinem eventus, partim quia dos, si mulier constitutum dotalitium, semel agnovit, feudo ita incorporatur, ut repeti non possit. *Constit. Elect. 42. p. 2. ibique Carpzov. D. 3. add. Schulz. S. F. C. 8. n. 230.* Accedit huic rationi (2.) quod ex primo matrimonio procreati liberi sæpius cogantur exire feudo, ut in eò viduæ s. novercæ dotalitium consti-

stituat. Est enim constitutio dotalitii debitum quoddam feudale, *Carpzov. 2. c. 42. D. 5* nec ulla fieri potest Successio in defuncti bona, donec æs alienum solutum sit, quoniam bona tunc dicimus, quæ subtracto ære alieno supersunt. *l. 39. §. 1. ff. de V. S. l. 72 ff. de Jur. dot. l. 2. §. 1. ff. de Collat. bon.* Inde est proverbium: *Reiche Weiber / arme Kinder / Carpzov. 2. C. 46. def. 18.* Sunt plures rationes, quas ex *Caut. 8.* observare licet.

(b) Sc. contentus usufructu, qui de *J. Sax.* marito in omnibus uxoris bonis competit. *Carpzov. l. 5. tit. 7. Resp. 64. n. 2. & lib. 6. tit. 6. Resp. 50. n. 9. Idem Prax. Crim. p. 2. Q. 64. n. 29.*

(c) Id quod cum primis iis, qui ad secunda vota transeunt, & ex primis nuptiis superstites filios habent, dictum sibi putent, propter rationem, quam sub lit. (a) notavi. Proinde fanè vel vocabulum dotis generaliter, pro omni eò quod uxor adfert marito, accepisse, vel (contra regulam Justiniani *in l. 13. C. de sen- tent.*) exempla magis, quam consuetu-

dines feudales respexisse videtur *Georg.
 Hieron. Marschallerus*, qui scripsit : Lu-
 culentam dotem contemnendam esse,
 nemo sanus dixerit. Quantus n. sit
 usus nummi multis explicavi supra :
 & apud omnes constat, nummi bene-
 neficio omnes contingere, præter a-
 nimi bona. Vivendi officia sine opi-
 bus vix describi à Stoicis possunt, mul-
 tò minus ab ipsis separari. Ut tace-
 am, divitias materiam virtutis esse, si
 rectus usus accedat. Parum enim
 proderit proximo egenti, qui animo
 tantum liberalis est, & cui subvenire
 cupit, non potest. Magnanimitas
 quoque omnium virtutum regina si-
 ne opibus se tueri nequit. Videmus
 a, non tantum privatos, sed & PP. po-
 tentiam sibi ac familiæ suæ splendo-
 rem ex magnitudine dotis quæsisse.
 Austriacæ certè Familiæ fatale fuit, re-
 gna ac provincias dotis nomine ac-
 quirere. Duxit Maximilianus Imp.
 Filiam Caroli Burgundi: ejusque Fi-
 lius Philippus, Annam Ferdinandi
 Regis Catholici Filiam unicam. Fer-
 di-

„dinandus nepos Annam, Ladislai Re-
„gis Hungariæ & Bohemiæ filiam, ut
„non frustrâ Poeta dixerit:

---- nubens capis Austria regna
Austria nube prius, bella gerant
alii.

„Dubio igitur caret, quin hic modus
„acquirendi divitias certissimus & uti-
„lissimus esse possit. *tr. de Divitiis p. 3.*
„*cap. 13. p. m. 207. seq.*

CAUT. XI.

Circa legatum feudi.

SI quis feudum suum alteri per le-
gatum utiliter relinquere inten-
dat, indicet expressis verbis, se velle,
ut vel ipsum feudum tradatur, vel
istius (*) æstimatio legatario præste-
tur.

(*) Tunc enim æstimatio feudi præstari
debet. *Illustr. Dn. Struv. S. J. F. C. 9.*
apb. 12. n. 9. Sed à quo? non à successore
feudi, sed bonorum allodialium.

Richter, Decis. 25. n. 3. & Schrad. de Feud. p. 7. C. 2. n. 9. Quod si verò feudum, quis simpliciter (hoc est, nullâ mentione factâ æstimationis) legaverit, legatum nullius est momenti, *i. F. 8. 2. F. 25. & 55. 2. F. 9. §. i. Grass. lib. Sentent. §. legatum. Q. 14. n. 18. 19. 20.* ut ita ne quidem æstimatio debeatur. *Harpr. §. 4. J. de legat. n. 30. Grass. c. l. n. 29. Gail. 2. observ. 154. n. 14.* Etiam si vasallus de feudo disposuerit ad pias causas. Pia n. causa vasalli delictum, quod alienatione istâ in dominum committitur, non excusat; si velit esse pius, & in pauperes liberalis, de suo fit, secundum illud Comici: *De duo largitor, puer. 2. F. 9.* Quid? quod nec Principis permissus hoc in casu sufficit. *Niell. Disp. F. 6. c. 4.*

CAUTEL. XII.

Circa feudi alienationem pro agnatis.

Non ab omni periculo aut molestiâ liberum se credat agnatus, qui

qui in distractionem feudi consensit cum pacto reservativo, ut pretium istius in alterius emptionem collocetur; sed impellat venditorem, quò vel sine morâ datam promissionem exequatur, vel pecuniæ illi qualitatem feudi à superiore concedi curet. (*)

(*) Quod si agnatus alienationi consentiens hæc omiserit, & Vasallus, qui pecuniam accepit, antequam aliud feudum emptum sit, ex humanis excefferit, eâ in pecuniâ neutiquam agnati, sed defuncti hæredes succedunt. v. Consult. Sax. p. 2. Q. 30. n. 1. ubi simili de casu traditur: Wann sich Brüder oder Vettern aus einem Lehn theilen / und etliche mit Geld ablegen eò pacto, daß sie solches Geld wieder an Lehn-Güter anlegen sollen / und die andere in gesambte Hand bringen. Wann nun der / welcher das Geld empfangen / und an Lehn kehren soll / vor dem / ehe es geschiehet / verstorbet / so fället das Geld nicht auff die Lehn-Erben / sondern auff des

verstorbenen Lands-Erben. Quâ ex cau-
 sâ? quia pecunia ex feudo redacta, & ad
 emendum aliud feudum destinata, allo-
 dialis cenletur, nisi contrariâ loci con-
 suetudine aliud sit receptum, cujusmo-
 di consuetudinem in *Elect. Brandeb. vigere, testis est Müller. in Pr. Civ. March. resol. 31. n. 33. seqq.* Attamen
 hoc in casu tenentur hæredes successo-
 ribus feudalibus ex pacto defuncti ad
 interesse: *Carpzov. p. 3. c. 30. D. 6.* Quod
 est tota illa summa vigore pacti in feu-
 dum convertenda. *Brunn. C. 2. Decis. 76. n. 4.* Unde etiam hæc ab actione se
 hæredes liberare possunt, si pecuniam
 ipsam aut exsolvant, aut in feudum
 convertant, de quâ istâ agnatos simul
 investiari faciant, scribente *Carpzov. p. 3. c. 30. D. 8.* Directo autem Jure neque-
 unt agnati pecuniam illam vindicare.
Consult. Sax. p. 2. Q. 30.

CAU.

CAUTEL. XIII.

Circa eandem materiam.

Sed in feudali Jure alia materia latitat pro agnatis in distractionem feudi consentientibus. Scilicet ipsi cum venditore paciscantur, ut pecunia ex feudo redacta, post mortem ejus non ad hæredes allodiales, verum ad feudi successores pertineat. (*)

(*) *vid. Richt. Vol. 2. Cons. 304. n. 6. Carpz. P. 3. C. 30. D. 5. & Dn. Struv. S. J. F. c. 4. aph. 6. n. 2. qui unanimiter docent, hujusmodi conventionem valere, additâ ratione, quod Dominus disponat eô pacto de successione futurâ in illâ pecuniâ allodiali, & ejusmodi pactum nec civili jure, neque moribus nostris prohibitum sit. A quâ non multum recedit hæc, quod pactio ejusmodi non tam de successione acquirendâ, quam con-*

servandâ concepta sit. v. *Cotbm. v. 1.*
Conf. 8. n. 38.

CAUTEL. XIV.

Circa investituram pro Vasallo.

Porro (a) Vasallos commonendum censeo, ut in investituris accipiendis, vel renovandis res in feudum datas speciatim (b) designari curent.

(a) *Vid. Gail. 2. observ. 69. n. 7.* qui testatur, quod suô tempore Vasalli renovationem petentes sæpius sponte propria bona feudalia designarint.

(b) Ratio, quia regulariter omnis res allodialis, non feudalis præsumitur, *Brun. Vol. 1. Conf. 1. n. 1.* & ex præsumptione illâ fluit, quòd, si filia vel alius hæres allodialis dicat, rem esse allodiam, agnatus verò vel Dominus asserat esse feudalem, filiaë aliisque hæredibus, usque dum feudum esse probetur, possessio rei sit adjudicanda, *2. F. 26. §. inter filiam.*

am. Magn. Dn. Struv. S. J. F. C. 16. apb. II. n. 2. Carpzov. I. Tit. 9. Resp. 82. per tot. Sin autem investitura mentionem faciat rei, de quâ lis est, feudalis omninò præsumitur, ejusque possessio ad agnatos, vel Dominum pertinet. Myns. c. 5. O. 25. n. 7. Carpzov. l. I. Tit. 9. Resp. 81. n. 11. 16. seqq. Quinimò hujusmodi specificatio non parùm operatur in casu, ubi dominum directum Vasallus evitacionis causa convenire intendit. Idque observari voluit Serenissim. Elector Brandenburgicus, Albertus, qui cum anno MDCCCCLXV. ab Episcopo Bambergensi de supremo Episcopatus Bambergensis Cancellariatu ita investitus esset, mit dem Ober=Cammer=Ambt des Stifts Bamberg/ mit allen seinen zugehörigen Stücken und Lehen / istaque generali pertinentiarum nominatione parum contentus esse vellet, impetravit, ut (cum eadem non satis nota fuerint) literis investituræ sequentia sint inserta: Herr Marggraff Albrecht / Chur=Fürst / sol getreuen Fleiß ankehren zu erfahren/was die Stücke seynd/ so zu dem genannten Cammer=

mer=Ambt gehören/ und was er derer erfah-
 ren wird / sol er dem Bischoff zu Bamberg
 zu wissen thun / welcher dieselbe alsdann in
 einem neuen Lehn/Brieff setzen lassen soll.
 Specialiorem verò designationem con-
 tinet investitura Johannis Georgii.
 Elect. Saxonici investiti Anno M. DC.
 XXIII. d. 19. Octobr. St. n. ab Episcopo
 Bambergensi, mit dem Ober-Marschall-
 Ambt des Kayserl. Stifts Bamberg und
 dessen Zugehörungen / Wittenberg Schloß
 und Stadt / Mühlberg Schloß und Stadt/
 Beede an der Elbe gelegen / Tüben dem
 Schloß und deren Dörfer / Berstadt / Al-
 sendorf / Weising / und Gabgart / mit allen
 und ieglichen Zugehörungen nichts ausge-
 nommen / wie denn solche Stücke dem
 Chur-Fürsten von Sachsen / von des Bi-
 schoffs Vorfahren am Stiffte geliehen wor-
 den. Quicquid tamen sit, perfectissi-
 mæ non minus quam longè utilissimæ
 illæ sunt investituræ, in quibus speciali-
 ter nominantur non solum res feuda-
 les, verum quoque jura atque regalia,
 quæ ipsis inhærent. Etenim qui omnem
 dubitationem tollere posset communis
 in-

investiendi formulâ, mit dem Fürstenthum / Herrschafft / Graffschafft / Dorffschafft / und allen Zugehörungen und Gerechtigkeiten? Hanc sanè generalitatem obscuritas, obscuritatem rixæ atque contentiones non possunt non sequi, etiam si cum Dd. dixeris *Pertinentiarum* nomine comprehendi ea, quæ statuto, consuetudine vel lege deputata sunt, ut accedant; cum ex eò nondum liqueat, quæ in hoc vel illò Ducatu; in hoc vel illo Comitatu, in hâc vel illâ Civitate, in hoc vel illo pago, per mores atque consuetudines (quippe quæ difficilis probationis esse solent) pertinentiarum appellatione veniant. Quanquam tam varia generalium investiturarum exempla passim reperiantur, quas inter refero Primam Electoris Brandenburgensis concessionem Comitatus Hohnstein. Wir Friedrich Wilhelm von Gottes Gnaden Marggraff zu Brandenburg des Heil. Röm. Reichs Erz-Cämmerer und Chur Fürst ꝛc. thun kund und bekennen hiermit vor uns / unsere Erben / und Nachkommen / Marggraffen und Chur-Fürsten zu Bran

Brandenburg / in Preussen Herzoge ꝛc.
 Nach dem wir des Hochwohlgebohrnen /
 unfers zu den vorsehenden General - Frie-
 dens / Tractaten nacher Osnabrück und
 Münster abgeschickten geheimden Raths /
 besonders Lieben und Getreuen / Johann /
 Graffen zu Sayn und Wittgenstein / Herrn
 zu Homburg / Ballendar ꝛc. nützliche und
 getreue Dienste / welche er uns in vielen
 Wegen / und sonderlich bey letztgedachten
 Friedens - Tractaten unverdrossen und mit
 grosser Sorgfalt und Fleiß erwiesen / auch
 noch ferner in Unterthänigkeit erweisen kan
 und wil / bey uns in Gnaden ermessen / und
 Ihn und die Seinige solches fruchtbarlich
 „ geniessen zu lassen / billig zu seyn erachtet /
 „ daß wir dannenhero bewogen worden /
 „ Ihme die Graffschafft Hohnstein / so viel
 „ derselben vom Stifft Halberstadt zu Le-
 „ hen gehet / bestehend in den beyden Aemb-
 „ tern Lohra und Clettenbergk / und dem
 „ Städtlein Bleicheroda / gnädigst zu confe-
 riren und erblich zu geben ; Thun auch sol-
 ches hiermit und in Krafft dieses dergestalt
 und also : Das wohlgemeldter Graff von
 Wittgenstein und seine descendenten und
 Mann-

Männliche Leibes- Lehn- Erben / berührte
Graffschafft von Uns und Unsere Nach-
kommen / als Fürsten des Stiffts Halber-
stadt / so bald wir zum würcklichen Besiz sel-
biges Stiffts Halberstadt kommen und ge-
langen werden / zu Mann- Lehen empfangen
und erkennen solle / gestalt wir Ihn dann da-
bey kräftiglich manuteniren / und uff alle
Fälle die eviction præstiren wollen / dahin-
gegen Er Unser iezo innhabendes Ambt
Wetter Uns ohne Entgeld / und mit Zu-
rücklassung des darauff ausgestellten
Pfand- Schillings wiederumb abtreten und
einzuräumen schuldig seyn soll / iedoch nicht
ehe / biß Er in die würckliche und nüzliche
possession mehr besagter Graffschafft
Hohnstein und dero pertinentien wird
immittiret und eingewiesen worden seyn /
alles getreulich und sonder Gesehrde.

Urkund haben Wir diese Concession
eigenhändig unterschrieben / und mit unserm
Samer Secret zu bekräftigen wohlwissend
anbefohlen. So geschehen und gegeben in
Unser Residenz Cleve / den 27. Martii des
1647. Jahres.

Friedrich Wilhelm.

(L. S.)

Mi-

Miratur hæc non nemo: ego non miror. Interdum Feudi pertinentiæ non certò satis constant, interdum sunt litigiosæ. Fortè etiam, si ominari liceat, non rarò officiales Curia Feudalis sperant fore, ut & specialis jurium atque regalium confirmatio peculiari redimatur pretio à Vasallo, generali investiturâ non contentò, eâque ratione crumena bis adimpleatur: Practica est multiplex.

CAUTEL. XV.

Circa debita feudalia pro Creditore.

Decimo quintò suadeo, ne quis Vasallo pecuniam in utilitatem feudi convertendam credat, nisi hic hæredes (a) suos allodiales in instrumento expressè (b) obligaverit, ut creditum de bonis hæreditariis solvant.

(a) Neminem enim latet, facilius impetrari executionem in bona morosi debitoris allodialia, quàm in feudalia, cum primis ubi Dominus, feudi successor,

for, debita feudalìa exsolvere tenetur. Et vero si creditor cautelâ jam adductâ usus sit, in electione ejus est, utrum hæredes allodiales, an feudi successores convenire velit. Negle & o autem remediô, ob debita feudalìa adversus hæredes vasalli allodiales Creditori actio nulla competit, quamdiu ad exsolutionem feuda sufficiunt. *Vid. consuet. Elector. 46. P. 2. ibique Carpzov. Def. 7.*

(b) Namque hæc potestas de bonis hæreditariis disponendi, & hæredes allodiales, pro facultate hæreditatis, obligandi vasallo nullibi adempta est. *Carpzov. lib. 4. tit. 9. Resp. 69. n. 10. 12. & 13.*

CAUTEL. XVI.

Circa debita feudalìa pro Vasalli hæred. allodialibus.

Rursus futuri hæredes allodiales Vasallum quolibet modò retrahant (*) ne ipsos ad solutionem creditæ pecuniæ & in feudum conver-

D

ſæ

50 *Caut. XVII. Circa Dot alitium, Geradam & c.*
sæ in contractu obliget, vel aliã di-
spositione condemnet.

(*) Utilitas cautelæ hujus elucet ex iis,
quæ ad declarationem Cautelæ 13. an-
notavi, nimirum, quod, si hujusmodi
Vasalli dispositio aut obligatio deficiat,
hæredes allodiales minus teneantur de-
bita feudalia exsolvere, donec constet,
feuda ad exsolutionem haud sufficere.
Quod tamen certas habet exceptiones,
Carpzov. 2. C. 46. D. 7.

CAUTEL. XVII.

*Circa dot alitium, Geradam & Comē-
stibilia pro Viduã nobili aut
illustri.*

UTiliter (a) præmonemus viduas
illustres atq; nobiles, ne agno-
scant & accipiant hæreditatis (b)
partem à maritis ipsis testamento re-
lictam.

(a) Quod si enim vidua partem illam hæ-
reditatis agnoverit, penitus à Geradã,
Comestibilibus, Morgengaba atque do-

dotalitiô excluditur, propter rationes allegatas ab Henel. *tr. de jur. dotalit.* §. 26. & per textum manifestum *Constitutionis Electoralis Sax.* 37. P. 3. Et quidem viduæ liberum est, lucra muliebria eligere vel quotam hæreditatis exigere. *Carpzov. P. 3. C. 37. D. 6.* non obstante Regulâ: Debitori competit electio; Quia hoc ex favore singulari erga viduas nobiles introductum est. Fallit tamen hoc assertum, dictâque Cautelâ non opus habet vidua, quando vel (1) pacta dotalitia, vel (2.) consuetudo loci, vel (3.) expressa mariti dispositio volunt, ut præter relictam hæreditatis portionem vidua quoque Geradam, dotalitium, comeftibilia ac Morgengambam accipiat. *Carpzov. 3. C. 37. D. 7.*

(b) Res verò singulares titulô legati relictas vidua sine periculô accipit, quia præter illas jam allegata Jura muliebria hoc casu peti possunt. Neque diversum obtinet in eô, quod viduæ mortis causâ donatum est. Partim quia donationes mortis causâ ad e-

D 2

xem-

xemplum legatorum per omnia sunt
redactæ §. 1. *J. de donat.* partim etiam
quia dicta constitutio 37. tantum de hæ-
reditate loquitur, *vid. Carpz. d. l. def.*
8. & 9.

CAUTEL. XIX.

*Circa dotem pro filiabus, earumque
heredibus.*

Optimè prospiciunt Patres fili-
abus suis, earumque posterita-
ti, quando illis dotem relinquunt
(a) testamento in vicem (b) legiti-
mæ.

(a) Quod Jure facere possunt, eò quod fi-
libus dos ex feudò debeatur, scilicet de-
ficientibus, vel non sufficientibus bonis
allodialibus. Dn. Struv. *S. J. F. C. 14.*
apb. 17. Quantitatem autem dotis pro
libero suo arbitrio pater determinare
nequit, sed committenda erit modera-
tioni Domini feudi, quippe cujus inter-
est, feuda haud nimium onerari. Dn.
Bechm. *Exot. Exerc. Feud. 15. tb. 51.* Carp-
ZOV. 2, C. 46. D. 18.

(b) Tunc

Caut. Feud. XIX. Circa retent. feud. pro Vid. 53

(b) Tunc enim dos transit in hæredes filiarum, cum alias, si filiaë innuptæ decedant, cedat feudo. Carpzov. 2. C. 46. Def. 22.

CAUTEL. XIX.

Circa retentionem feudi pro Viduâ.

ULterius commonemus viduas nobiles atque illustres, ut possessionem feudorum firmiter (a) retineant, curent verò constitui (b) Curatorem, qui cibum, potum, vestitum, aliaque (c) necessaria præstet.

(a) Competit n. viduæ jus retentionis in feudo (1.) propter Comestibilia seu Cibaria, (2.) ob dotem, quando dotalitium agnoscere recusat. Idque jus retentionis mulier non modò ad hæredes suos transmittit, sed & in successorem singularem transferre valet, vel oppignorando, vel vendendo, vel cedendo. Carpzov. 2. C. 25. D. 16.

(b) Cautas g. oportet viduas, ne in mariti feudis commorentur, insumendo

D 3

quid,

54 *Caut. Feud. XIX. Circa retent. feudi pro Vid.*

quid, & quantum libet. Namque hoc modô, mediante inventariô, vel jurejurando, Carpz. 2. C. 25. D. 14. & rationibus, & restitutioni fructuum residuorum sese obnoxias reddunt. Coler. de Proc. Exec. P. 2. Cap. 2. n. 200. seqq. In terminis Mart. Coler. de aliment. L. 1. C. 11. n. 67. Addunt nonnulli, quod vidua per illud tempus, quô ex communibus bonis alimenta suscipit, teneatur operari hæredibus mariti, velut filando, nendo, texendo &c. Verùm n. verò sententiam contrariam, de communi quoque jure veriore, in Saxoniciis Provinciis obtinere, testis est Carpzov. 2. C. 25. D. 15. tradendo, quod texturæ aliaque manualia à Viduâ; durante retentionis jure, confecta cedant viduæ, non hæredibus mariti.

(c) Quæ quidem Viduæ debentur, non attentô, utrum excedant annuos fructus eorum honorû, quæ Vidua petit. Namque (1.) Electoralis constitutio P. 2. C. 25. tribuit mulieri alimenta indistinctè: ubi verò lex non distinguit, ibi neque nos distinguere debemus (2.) *Causa ali-*

Caut. Feud. XIX. Circa retent. feudi pro Vid. 55

alimentorum est favorabilis, & Viduæ persona est miserabilis. E. hoc in casu potius extensio, quam restrictio facienda erit. Maximè quia (3.) textus Weichb. artic. 24. extensivè loquitur in verbis: Als viel sie essen und trincken mag. (4.) Sibi ipsi imputare hæres debet, quòd in restituenda dote, vel extradendis Cibariis, moram committat, probè gnarus fore, ut alimenta viduæ præstanda excedant annuos fructus bonorum, quæ ipsi Viduæ debeantur. Igitur miratu dignum censeo, quod Viri quidam summæ eruditionis ac prudentiæ, hæredibus mariti, instar cautelæ hoc præscripserint, ne viduæ, dotem aut Cibaria expectanti, alimentorum nomine plus conferant, quam in quantum sufficiant annui fructus bonorum, quæ vidua postulat. Eosque forsitan commovit (1.) L. 22. § 8. ff. solut. matr. in verbis: Secundum dotis quantitatem &c. (2.) L. 10. § 2. ff. de alim. negat. Sed hisce legibus alio in loco aptè ac convenienter respondere, spondeo.

CAUTEL. XX.

*Pro Vasallo petente investituram
feudi novi.*

OMni modò enitatur (a) Vasal-
lus, ut de feudo novò jure (b)
feudi antiqui investiatur.

(a) Ita monet *Gail. 2. observ. 50. n. 14.* &
quidem prudentissimè, consideratis
probè differentiis feudi novi & anti-
qui. (1.) In feudo novò solum succe-
dunt descendentes, non Collaterales:
Myns. Dec. 3. Resp. 29. (exceptis illis ca-
sibus, quos exhibet *Schulz. Syn. J. F. C.*
8. n. 125. seqq.) Feudum verò antiquum,
si descendentes deficiant, etiam ad col-
laterales transire certum est. (2.) Feu-
dum novum potest alienari solò Domi-
ni consensu interveniente; Sed in ali-
enatione feudi antiqui, præter Domini
consensum, requiritur consensus a-
gnatorum & simultaneè investitorum.
(3.) Feudum novum alienatum sine
Domini consensu redit ad ipsum Domi-
num; secus se res habeat in antiquo,
quod

quod post mortem alienantis ejusque liberorum, (quibus factum patris obest) ad agnatos pertinet. (4.) Feudum novum non potest probari nisi per Patres Curiae, vel breve attestatum ab ipsis confirmatum; antiquum autem quibuscunque testibus, modo masculis, rectè probatur. Ex hinc quoque in investitura veteri qualescunque testes, i. e. tam extranei quam Pares Curiae adhiberi solent. 2. F. 32. Sed in investiturâ novâ præcisè Pares Curiae testandi causâ requiruntur. *Obrecht. L. 2. de feud. C. 8. n. 68.* qui subjicit, quod hodiè in plerisque locis perinde sit, utrum testes adhibeantur, nec ne, & utrum testes adhibiti sint Pares Curiae vel extranei: & quod de hodiernâ consuetudine regulariter instrumentum investituræ ein Lehnbrief tam de feudô novô, quam antiquo confici, ac sigillo Domini confirmari soleat. (5.) Differentia traditur circa renovationem investituræ. Si pater, ajunt, intra annum, quo feudi novi renovacionem petere debuit, vivis excedat, filio

non integer annus ac dies pro petendâ renovatione indulgetur, sed tantum temporis spatium, quantum Patri defuncto superfuit; propterea quod filius in feudô novô personam Patris repræsentare videatur: At verò in antiquô feudô etiam conceditur annus & dies ex integro, computandus à die, quo Pater mortuus est, *Gail. c. l. n. 7. 8. 9.* De quâ quidem discrepantiâ leges atque mores Provinciarum Saxonicarum vix quicquam statuunt. Potius in istis legimus ordinatum, ut indistinctè ac simpliciter, h. e. & in feudô novô, & in antiquô intra annum & diem, à die mortis Domini, aut Vasalli, investituræ renovatio peti debeat. *Constit. Elect. 45. p. 2. ibiq. Carpzov. Def. 18.* Ex dictis ergò, nisi fallor, manifestè apparebit, quantis commoditatibus jam allegata cautela scateat. Cum feudum novum jure antiqui feudi concessum, quoad effectus juris, pro antiquo reputetur, & ob id secundum qualitates feudi paterni s. antiqui reguletur. *Schöner. 1. Disput. Feud. 1. §. 19. Mozz. de Feud. divis. n. 61.*
Schulz.

Schulh. *Syn. Feud. C. 3. n. 62.* Quid? quod
(6.) cum primis illud observandum erit,
quod & Pater succedat in feudô con-
cessô jure feudi antiqui. Dn. Struv. *S. J.*
F. C. 9 §. 4. Schnob. Disp. Feud 7. th. 5. Li-
cet ascendentes regulariter, neque in
feudô novô, neque in antiquo, jure suc-
cedendi gaudeant. *2. F. 50. Lehn-Recht.*
cap. 6. & 21. fin. Wesenb. de Feud. C. 6 fin. Ro-
senthal. Syn. Feud. cap. 7. Conclus. 27.

(b) Quanquam feudum antiquum haud
concedi possit, ut novum, quoniam
ne Rescripto quidem principis jura
agnatorum minui, aut penitus aufer-
ri possunt; teste *Gail. 2. obs. 49. Myns. C.*
2. obs. 94. Nulli tamen dubitamus, quò
minus feudum novum concedi possit
ut antiquum, daß es die alte Natur / Art
und Eigenschaft eines Stammes / Nah-
mens oder Linien Lehns habe und behalte.
Etenim hujusmodi investitura solum-
modo concedentem lædit: & quisq; rei
suæ liber est moderator ac arbiter. *l. 21. C.*
mand. confer. Gail. 2. observ. 50 Myns. 4. obs.
84. Schulh. Syn. Feud. C. 3. n. 61. 62. Excipe
Præ-

Prælatum Ecclesiæ, cui planè denegatur potestas feudum novum ita concedendi, ut jure feudi antiqui possideatur, *Boc. de succ. feud. Cap. 2. Mozz. c. l. n. 61.* etiam interveniente Capituli consensu. *Schöner. 1. Disp. Feud. 1. tb. 20.*

CAUTEL. XXI.

Pro agnatis, qui dotem vel elocationem debent ex Feudo.

CAveant agnati, ne, vel ex simplicitate, vel ex benevolentia ac benignitate, Vasalli filiabus nondum nuptis præstent (a) usuras dotis (b) aut elocationis ex feudò debitæ.

(a) Ratio, quia tunc successores Feudi dotem haud acquirunt, etiamsi filia decefferint, ante nuptias; sed illa, simul cum debito elocationis ad hæredes filiarum pertinet, per ea *Carpzov. 2. Constit. 46. Def. 22. n. 4. seqq.* Nisi usurarum solutio facta fuerit cum protestatione; Quippe quæ jus protestantis conservat ac efficit, ne factum præjudicium

cium generet, *Carpzov. Decis. 75. n. 14.*

(b) Qu. Quando filia Vasalli ex feudo dotari ac elocari debent? Resp. (1.) Si hæreditas paterna non sufficiat, adeoque non nisi in supsidium. *H. Pist. P. 2. Qu. 37.* Proinde opus est, petentibus agnatis seu Feudi Successoribus, hæreditatem excutere. (2.) Non debetur filiabus donatio aut elocatio, antequam paternis creditoribus satisfactum fuerit; nisi ulus diuturnus aliud introduxerit. *Dn. Struv. S. J. F. C. 14. apb. ult. n. ult.*

CAUTEL. XXII.

Pro agnatis circa Successionem.

Sint agnati cauti atque providi, sicut antiquas investituras, originem Feudi, primumque (a) acquirentem accuratissimè observent: & ob id conficiant magnæ familiæ libros Genethliacos, Stamm-Bücher/ quibus origo & successiones continuâ serie (b) describantur. (c)

(a) Ita

(a) Ita docet *Gail. 2. obs. 149.* annexâ ratione, quia agnati in Feudo antiquo successuri, ante omnia probare deberent, quòd à primo acquirente descenderent: Cum in successione feudali non consideraretur proximitas respectu Vasalli ultimò defuncti, sed primi acquirentis. Quæ quidem posterior assertio minus arridet. Potius in contrarium statuo, in successione Feudi respici proximitatem Vasalli ultimi, non primùm investiti. Alias enim liberi ultimi Vasalli fratri primi acquirentis postponerentur, quod falsum esse patet ex textu *2. F. 11. § 2. F. 50. add. Schulz. S. J. F. C. 8. n. 147.* Interim omninò ambabus largior manibus, agnatos haud succedere, nisi sint agnationis communis, h. e. descendant à primùm acquirente, *2. F. 11. ibiq.* Jacob. *de Bellovis. p. 111.* Licet enim succedatur in locum ultimò defuncti, atamen in iura primi acquirentis successionem fieri, palam est. Et verò hisce juribus nemo potest uti frui, donec ritè probaverit, quod ejusdem stirpis sit ac progeniei,

niei, seu à primùm investito originem suam habeat.

(b) Probant enim Libri Genethliaci ob antiquitatem plenissimè, non minus atque alia scriptura privata in factis antiquis plenam fidem meretur, teste *Myns. Cent. 5. Obs. 79.* Eorumque Librorum Genethliacorum fides tantò erit major, si quando isti in archivo familiae, vel apud honestos Viros custodiantur, aut ab ipsis de familia pro libris fide dignis agnoscantur. *Gail. 2. Observ. 149. n. 7.*

(c) Usus præbet hæc cautela adhuc hodiè in locis, ubi Jus Feudale commune viget; nequaquam in terris Saxonis, vel iis locis, in quibus Jura Saxonica recepta sunt. Ecquid enim opus esset, primum Feudi acquirentem summâ diligentiam observare? Cum de Saxon. Jure non habeatur ratio proximitatis, multò minus primi acquirentis: sed unicè inspiciatur investitura simultanea, vigore cujus omnes investiti, five proximiores five remotiores, five de-

ress.
atio-
suc-
ent,
nde-
non
ectu
i ac-
r as-
tra-
i re-
non
berri
entis
e pa-
add.
erim
s, a-
gna-
a pri-
b, de
ur in
n ju-
n fi-
ibus
oba-
oge-
niei,



descendant à primùm acquirente, sive non, pariter succedunt. *Coler. P. 1. Decis. 52. n. 4. seqq.*

CAUTEL. XXIII.

De modo acquirendi pecuniam pro Seniore.

DOminus pecuniæ egenus inducat [a] quavis ratione Vasallum ad alienationem Feudi, quò in sublevamen [b] sui, factâ alienatione, laudemium (c) consequatur.

(a) Sed & hîc opus est videre, ne Vasallus ex alienatione illâ damnum quoddam sentiat. Hoc enim si probari possit, competit adversus dominum actio mandati ad interesse; quippe quæ semper conceditur adversus eum, qui rationes inductivas dedit ad contractum aliquem perficiendum, vel circa modum contrahendi. Siquidem mandatum esse creditur, quando ex consilio

filio interesse consultoris verti intelligitur si non ex toto, saltem ex parte; & si non verè, tamen præsumptivè. Magn. Dn. Saul. *diss. Acad. de Consil.* § 18. 21.

(b) Cujus sanè certam potest habere fiduciam, quando vel Feuda pretiosiora distrahenda sunt, vel Laudemium majus, die Hohe Lehnwahr/ solvi oportet.

(c) Jus Laudemiorum ortum habet ex Constitutione Imperatoris Justiniani in *L. fin. C. de jur. Empb.* statuentis, ut, districtâ Emphyteusi, domino solvatur quinquagesima pars pretii. Id quod postmodum, ex diuturna consuetudine ad Feuda extensum est. Quantitas verò Laudemii pro diversis locis diversa est ac varia. In Provinciis Saxonis, ut & aliis locis quamplurimis debetur vigesima pars pretii, h. e. quinque florenorum pro singulis centenis. *Carpz. 1. Resp. 90. n. 2.* Interdum etiam decem in centenos. *Carpz. 2. Const. 39. D. 12.* Quicquid sit, in exigendo laudemio oportet dominum, præprimis lucrum laudemii affectantem, consuetudinem accuratius attendere. Quo-

E

ni

niam de bonis feudalibus laudemium
haud præstatur, nisi prius contraria
consuetudo probetur. Carpz. 2. C. 39. D.
32. Dn. Struv. S. J. F. C. 10. apb. 16.

CAUTEL. XXIV.

De eadem materia.

DEinde siccò hîc, ut ajunt, pede
non prætereundum, quod do-
mino pecuniæ cupido magis condu-
cat consentire in venditionem Feudi
cum pacto protimiseos, [a] quam
cum pacto retrovenditionis. (b)

(a) Ratio, quia priori casu dominus du-
plex lucratur laudemium sc. non tan-
tum ex emptione contractâ, verùm
quoq; postmodum dissolutâ; Carpz. 2.
C. 39. Def. 13. Quod si autem retroven-
ditio fiat, domino Laudemium non de-
betur, sed illud revendenti restituitur.
Carpzov. 2. C. 1. D. 23.

(b) Num quoque sibi quæstum laudemii
polliceri potest dominus consentiendo
in

Caut. feud. XXV. Circa eandem materiam 67

in Feudi permutationem? Affirma-
mus, quoniam secundum consuetudi-
nem, quæ regulariter & communiter
obtinet, Laudemium semper est præ-
standum, ubi Feudum in novum Va-
fallum transfertur, & ipse de eo investi-
tur. Dn. Struv. s. 7. F. C. 10. apb. 13. n. 1.
Contrarium obtinet in terris Electora-
tus Sax. quippe in quibus laudemium
ex permutatione non solvitur. Carpz.
2. C. 39. D. 15.

CAUTEL. XXV.

Circa eandem Materiam.

Tertius modus acquirendæ pecu-
niæ pro Vasallo est Subinfeuda-
tio (a) facta pretio (b) intervenien-
te.

(a) Veluti, si dominus in alienationem
consentire, aut Vasallus consensum
istius petere nolit. Etenim subinfeu-
datio fieri potest Seniore ignorante,
vel prorsus invitô, ita tamen, ut subfeu-

E 2

dum

dum constituatur (1) sincerè ac sine fraude. (2) iisdem conditionibus atque pactis, quibus Vasallus Feudum habet, ac (3) ipsi, qui æquè est habilis ad debita servitia feudalia. *Niell. Disp. Feud. 7. tb. 8.* Vel, si Vasallus, quem defectus æris contigit, possideat castrum multaue prædia rustica, tunc sanè consultum est retinere prædia, quibus ad usum necessarium ipse indiget; in reliquis verò subfeudum pro certo iustòque pretiò constituere. Idem conducit principibus, qui Demanialibus (*Kammer-Güter v. Besold. Tb Pr. lit. C. n. 6.*) vel Episcopis, qui bonis Mensalibus (*Tafel-Güter*) abundant. Tendit enim ad utilitatem Ducatus atque Episcopatus milites seu Vasallos habere. *Besold. 1. n. Thes. P. 2. voc. Aßterlehn.*

(b) Neque enim adstipulamur iis, qui requirunt, ut subinfeudatio sit gratuita. Namque *primo* nullus textus prohibet, ne pro Subfeudo pretium accipiatur. *Secundò* ait Feudista: fraudulentam subinfeudationem non subsistere, & pro eâ datum pretium restitui oportere: *2. Feud.*

Caut. feud. XXI. Circa eandem materiam. 69

2. Feud. 3. §. 1. Ex quo quàm optimè est colligere, subfeudum utique subsistere, quod sincerè ac bona fide constitutum est, etiamsi pretium intervenerit. Tertiò hujusmodi subinfeudatio prodest potius domino Feudi, quàm obest, cum Vasallus ditior, adeoque ad sustinenda servitia magis idoneus reddatur.

Conf. Dn. Struv. S. J. F. Cap. 12. aph. 11. n. 7. & 8.

Jacob. de Belloviso 2. F. 55. rubr. de prob. feud. alien.

p. m. 221.

CAUTEL. XXVI.

Circa eandem Materiam.

AUgent quoque nostras, aut posterorum nostrorum vires atque facultates (a) Expectativa (b) & investitura simultanea, [c] imprimis in Principatu, Comitatu, Baroniam, civitate aut pago impetrata.

(a) Expectativa in Jure Saxonico vocatur. Eine Anwartschaft/ item ein Beding. Lehn. R. Cap. 5, ibi: das Beding daran ist

gebrochen. *Cap. 32. ibi: Ihme sey denn das*
Geding und die Anwartung daran geliehet
2c. & C. 17. fin. So ist alles Geding gebro-
 chen. *Hodie etiam appellatur ein Sna-*
den-Lehn/ quia seculo hoc in aulis Prin-
cipum inolevit, ut plerique tales pro
meritis suis investituras impetrare so-
leant, autore H. Pist. P. 2. Q. 25. n. 1. De-
 scribitur, quòd fit jus succedenti in Feu-
 dum à domino sub conditione, si ad
 ipsum redierit, promissum. *Magn. Dn.*
Struv. S. J. F. C. 7. apb. 4. qui n. 3. benè
 monet, ut ne hæc in casum mortis facta
 investitura cum investiturâ simultaneâ
 confundatur. Namque (1) in hac con-
 sensus Vasalli possessoris præcisè re-
 quiritur, 2. F. 27. in illa minus. (2) Hæc
 fieri potest vel purè, vel sub conditione;
 illa purè facta nullius est momenti, 1. F.
 9. (3) Qui expectativam habet, nequit
 distractum feudum revocare: ex adver-
 so investitura simultanea jus revocandi
 tribuit. *H. Pistor P. 2. Q. 20. Carpz. 2. C.*
42. D. 1. Idque ob rationem hanc, quia
 investitura simultanea confert jus re-
 ale, concessio autem expectativæ
 pro-

producit tantum jus ad rem ; vi cujus promissor, ejusque hæredes i. F. 9. constringuntur Feudum, conditione existente, realiter tradere in tantum, ut, si tradendæ rei facultatem habeant, ne quidem præstando ejus, quod interest, sese liberare possint. *C. H. Pist. P. 2. Q. 29. n. 2. Myns. C. 4. O. 61. n. 10. contradicente Niellio Disp. F. 4. tb. 1. cujus opinio in Elector. Sax. obtinere videtur, secundum dicta Berl. P. 2. Concl. 54. n. 89. Nec verò investitor solum investito, sed & hæredibus illius tenebitur. Partim quia reg. omnis obligatio, quæ vel re vel spe defuncto competeat, adhæredes transit, etiam si dies aut conditio nondum extiterit. §. 4. J. de V. O. Schulz. S. 7. F. C. 9. n. 60. 61 partim propter textum manifestum i. F. 9. Si quis, ait Feudista, investitus fuit de alieno Feudo post mortem ejus, vel si quis fuerit investitus sub conditione aliquâ, vel tempore quo nullus erat investitus, investitor & investitoris hæredes tenentur investito vel hæredi ejus veniente tempore vel conditione. Licet alii dicant,*

m.
das
ehen
bro=
Sna=
rin=
pro
e so.
De-
Feu-
i ad
Dn.
benè
facta
aneâ
con-
è re-
Hæc
ione;
i. F.
equit
dver-
candi
2. 2. C.
quia
is re-
ativæ
pro-

„ si moriatur investitus antequam te-
 „ nens Feudum, vel ante conditionem
 „ existentem vel ante tempus, quòd
 „ hæredes ejus non debeant investiri.
 Quæ verba textus rectè si inspiciantur,
 ecquis non videbit, ultimam opinionè
 in verbis: *licet alii dicant &c.* expressè
 reprobari. *Conf. Jac. de Belloviso b. text.*
p. 56. Id quod eò facilius concessum
 iri autumo, consideratâ communi FF.
 doctrinâ, quod, si dissentientes opini-
 ones in uno eodemq; textu Juris Feu-
 dalis referantur, priori loco collocata
 prævaleat. *Schultz. S. J. F. C. 1. n. 23.* nisi
 posteriori vocula aduersativa *Sed, ta-*
men, aut similis præfigatur, aut ratio
 quædam prægnans ultimò locò rela-
 tam sententiam luadeat. *Bach, ad Treutl.*
V. 1. D. 8. 1b. 2.

(b) Exrant equidem exempla tot tanto-
 rumque Principum, aliarumq; perso-
 narum illustrium, quæ expectativam
 aut investituram simultaneam non so-
 lum tam operosè & penè anxie apud
 Seniores petierunt, & in iis redimendis
 nulli auro argentoq; pepercerunt; Ve-
 rum

rum etiam ex singulari conceden-
tium gratiâ sæpius consecuti sunt.
Sic Maximil. II. Imp. concessit E-
lectori Moguntino, Danieli, expe-
ctativam Comitatus Königstein
cum pertinentiis, specialiter ex-
pressis in literis investituræ, quas
vide in Beylagen der Gräffl. Stolbergi-
schen Deduction, die Graffschafft König-
stein belangende num. 30. Sic omnia Feuda
Ecclesiæ Trevirensis ad eandem, & ad
Archi Episcopum, iisdem modis, quibus
ad Imperatorem vel Imperium solent, de-
volvuntur, vigore expectativæ universalis
ac perpetuæ, concessæ à Carolo IV. anno
Christi 1376. vid. Limn. l. 3. 7. Publ. Cap. 5. n.
21. & Besold. Tb. Pr. voc. Reichs Lehn / qui
scribit: Das Stiffte Trier hat ein Käyserl.
Privilegium, daß alle in solchem Stiffte eröff-
nete Reich-Lehen selbigem zufallen sollen. Sic
Ferdinandus II. intuitu servitorū
in turbis Bohemicis fideliter præ-
stitorum, Electori Sax. Johanni
Georgio ex Imperiali gratiâ con-
cessit (1) Die Expectanz und Anwartschafft
auf die Graffschafft Hanau / und alle die Stün-
del

(1)

Electores
&
Ecclesia-
stici.

&
Secula-
res.

am
n te-
nem
quod
stiri.
ntur.
ionē
ressē
text.
tum
i FF.
opini-
Feu-
locata
3. nisi
, 14-
t ratio
rela-
Trentl.
tanto-
perfo-
ativam
on so-
è apud
nendis
at; Ve-
rum

de/ welche die Graffschafft Hanau / vom Käy-
 ser und Reich zu Lehen tragen / und im Lehnbrief
 vom 12. Octobr. 1620. Graf Hansß Reinhard
 zu Hanau empfangen. (2) Die Expectanz und
 Anwartschafft auf die Graffschafft Schwarz-
 burg / wie auch den halben Thüringer Wald /
 auch alles und jedes was die Grafen von Schwarz-
 burg / Günther / Anthon Heinrich / Ludwig Günther
 und Albrecht Günther / Gebrüdere und Bettern /
 vom Käyser und Reich zu Lehen tragen /
 und in Ihren 4. Lehn-Brieffen vom 2. Martii
 1621. enthalten. Et (3) Expectanz und An-
 wartschafften in alle und iede Stücke / so Her-
 zog Friedrich Ulrich zu Braunschweig Lüneb.
 Lehnweise vom Käyser und Reich innen hat /
 und nicht ausdrücklich in der gesamten Hand
 mit dem Herzog zu Lüneburg / oder auch der
 von Käyser Maximiliano II. dem Chur - Für-
 sten zu Brandenburg gegebenen / und auff die
 gesamte Hand gerichtete Expectanz begriffen. Et
 quidem hæc omnia tenore investituræ Cæsareæ de
 dato Stadt Neustatt d. 13. Aug. 1625. quæ postmodū
 est confirmata ab Imp. Ferdinando III. Anno 1638. &
 à Leopoldo, Vienna d. 10. Jun. 1660. Sic quoque de
 Marchionum Brandenburgensium expectativâ auf
 das Herzogthū zu Wenden / Graffschafft Schwes-
 rin / mit samt den Landen Stargard und Rostock /
 Ihren Herrschafften / Landen / Leuten / Schlössern /
 Städten / Zu- und Angehörungen à multis annis
 jcau-

cautum fuisse, testatur *Limn. in additament. J. P. lib. 5. C. 7. n. 85.* Neque ex eruditis quemquam fugit, quod Potentissimus imperator Fridericus (2.) III. Illustrissimæ Domui Saxonicæ anno Principi- 1483. den Anfall der Herzogthume Jülich und Bergen / wenn dieselbige Ihme und dem H. Reich heimfallen oder sonst ledig würden / gegeben / und zu Lehen gnädiglich verliehen / tenore Diplomatis Imperialis, quod extat in Beylagen wiederholter Summarischer Deduction des Churs und Fürstl. Hauses Sachsen / die verledigte Fürstenthümer / Jülich / Cleve und Berg betreffend. n. 1. & apud *Limn. l. 5. J. P. Cap. 10. n. 12.* Denique cautelam hanc confirmant non minus, quàm egregiè illustrant literæ investituræ, quibus Imperator Ferdinandus II. (3) Dn. Comites à Schwarzburg anno 1638. dignatus est, concernentibus (1) Grafen Ludwig Günther principaliter, und Grafen Günther / Anthon Heinrich und Christian Günther Gebrüdere / in Niebelehenschaft über Schwarzburg / Schloß und Thal / Königsee / Schloß und Stadt / Item am Holz / genant das Schlüssel Holz / bey Franckenhausen. (2) Grafen Günther / Anthon Heinrich / Christian Günther und Ludwig Günther ingesamt / über das Schloß und Herrschaft Ehrenstein. (3) Grafen Günther / Anthon Heinrich / Christian Günther und Ludwig Günther ingesamt / über die Straß in allen ihren Gerichten und Herrschaften. (4) Grafen Günther

m.
Rän-
brief
hard
und
ark-
ld /
ark-
ther
ern-
en /
rtii
An-
des
reb.
at /
nd
der
ür-
die
Et
de
dü
&
uf
es
f /
n /
uis
u-

ther / Anthon Heinrich und Christian Günther
 Gebrüdere / principaliter / dann Ludwig Günther
 in Mit-Belebenschafft über den halben Thürin-
 ger Walt / so viel Schwarzburgisch / und das Amt
 Gehren / auch etliche Gerechtigkeiten in der Stadt
 Jllmem. (5) Grafen Günther / Anthon Heinrich /
 Christian Günther / und Ludwig Günther inges-
 samt / über die Strassen in allen Hohnsteinischen
 Gerichten und Herrschafften.

(c) Planè ut plurimum repulsam ferunt ii, qui ex-
 pectativam aut investituram simultaneam con-
 cedi sibi postulant in feudis, quæ certò aperta
 futura sunt; velut si possessor castratus, vel o-
 ctogenarius, vel alio modo ad generandum
 ineptus sit; nisi justam pecuniæ sumam domino
 feudi persolverint. Nec deficit ratio politica.
 Imperii enim vires, aliorumque Principum æra-
 ria ex feudis caducis mirum in modum augen-
 tur, iis sc. vel pro certo pretio distractis. Un-
 de etiam in Capitulationibus Imperatorum,
 qui post Maximilianum I. imperii sceptrum te-
 nuere, cautum, ne Imperator Ducatus Princi-
 cipatus, aliaque feuda similia imperio aperta
 sine consensu Electorum reinfeudet, sed ut ea-
 dem reservet, in usum imperii vertat, ac in-
 corporet, bis so lange das Reich wieder zu
 Wesen und Aufnehmen kommen. *Capitulat.*
Caroli V. art. 24. Capitul. Ferdin. IV. art. 30. &
Capitul. moderni Imperatoris Leopoldi. art. 30.

CAU.

CAUTEL. XXVII.

*Circa alienationem feudi antiqui, ne
Domino in commissum cadat, pro
filiis & agnatis.*

Sunt (a) qui filiis, agnatisve hoc
remedium (b) præscribunt, ut ip-
si intelligentes, vel metuentes, ne va-
sallus feudum ignorante dominò sit
alienaturus, dominum feudi adeant,
ac petant inhibitoriales aut procla-
ma, [c] quibus istius & alienatio, &
traditio, & acceptatio severè inter-
dicantur.

(a) Primus Cautelæ hujus autor exitit *Baldus Cap.*
1. §. denique tit. que fuit feud. prima causa &c.
n. 5. referente Rosenth. de Feud. C. 9. Concl. 68. n.
9. lit. (1.)

(b) Quod quidem minus necessarium & ab utilita-
te remotum putavit *Curtius Jun. P. I. de feud.*
n. 11. fin. propter rationem, quia filii ac agnatis
ipso jure cautum esset, si feudum antiquum sine
domini consensu alienaretur. Eique est ad-
stipulatus *Rol. à Vall. Vol. 3. n. 14.* Verum enim ve-
rò, est sane acris Feudistarum disceptatio, an,
& quando feudum antiquum absque præscitu

ac

ac beneplacito Senioris distractum ad filios agnatosve perveniat, teste *Ros. c. l. n. 1. usque ad n. 9.* Quamquam de Jure feudali communi verior sit opinio, quod feudum sine voluntate domini alienatum, post mortem demum alienatis ejusque liberorum, ad agnatos deferatur. *H. Pist. 2. Q. 15.* Dixi, de jure feudali communi, quia in Electoratu Sax. feudum absque domini consensu distractum statim revocari potest ab agnatis ac simultaneè investitis, ut nec ab domino illud veniat. *P. 2. C. 48. & 49.* Secus res sese habet circa liberos vasalli, quippe quibus ingrata patris alienatio in tantum nocet, ut ipsi feudo cum antiquo tum novo penitus priventur, propter generalem regulam: quando Vasallus in dominum ipsum feloniam committit, nunc filii Vasalli feudum amittunt indistinctè *Carpz. 3. C. 27. D. 6.* Quæ tamen limitaverim, si liberi Vasalli alienationem feudi, quam pater paravit, domino manifestent, insimul petentes, ut illam impediatur. Ad hoc enim dominus tenetur, & cum censeatur esse in dolo, si omittat, nequit ipse vindicare feudum tanquam commissum, sed illud ad liberos agnatosque pertinet. *Rosentb. c. l. n. 9.* Ex quo abundè patet, cautelam hanc non minimum præbere *usum & Vasalli liberis de Jure Saxonico, & agnatis de Jure communi.* Eandemque approbarunt. *Mozzius, Oldendorpius, & alii.*

(c) Quò imprimis opus est, quando filii agnativè

tivè de persona emptoris non sunt certiorati.

Conf. Sonsbecc. P. 13. n. 84.

CAUTEL. XXIIX.

*Pro Domino Feudi, circa Feuda a-
perta, aut consolidata.*

SI quis Feudum apertum, aut à Va-
sallo suo emptum post longū tem-
poris spatium alteri vendat, necessum
(a) omninò est in scriptura (b) ex-
primere speciaticim, prædium illud
sub natura Feudi concessum esse.

- (a) Ad evidentiores Cautelæ hujus intellectum
pono casum: Princeps à Vasallo suo emit Feu-
dum, idque in filium Principatus successorem
transtulit: hic cum cuidam nobili acceptum
Feudum cum pacto retrovenditionis vendidis-
set, nullâ mentione factâ qualitatis feudalis, di-
squisitum fuit, utrum emptor servitia feudalia
præstare teneatur? Quam quidem quæstionem
nego atque pernego. Quoniam prædium feuda-
le, quod ipse dominus emit post factam conso-
lidationem, feudale esse desinit, ac naturam al-
lodii recipit, *arg. L. si quis ædes. 30. ff. de S. U. P.*
„ubi Paulus ait: Si quis ædes, quæ suis ædibus
„servirent, cum emisset, traditas sibi accepit,
„confusa sublataque servitus est; & si rursus
ven-

„vendere vult, nominatim imponenda servitus
 „est, alioquin liberè veneunt. Idem dicen-
 dum est de Feudo aperto, & per consolidatio-
 nem in allodium converso, quod sanè per in-
 secutam emptionem, venditionem aut alium
 contractum, primævam Feudi naturam non re-
 cuperabit, nisi hoc expressum, aut prædium no-
 minatim instar Feudi concessum fuerit. *Matth.
 de Afflict. Decis. 361. n. 35.* Præprimis ubi præ-
 dium illud per longum tempus in statu allodiali
 permansit. Prætereà non infirmum allodii
 argumentum censetur, si quando in scriptura
 nec de investitura, neque fidelitate, neque ser-
 vitiorum reservatione constet. *Dn. Richt. P. 3.
 Conf. 19.* Id circò similiter ex jam allegatis ratio-
 nibus consequitur, quod istiusmodi prædium &
 in possessoris hæredes utriusque sexus, instar
 boni allodialis, transeat, & testamento, aut alio
 quovis contractu in alium transferri possit.

(b) Neque verò ex sola investitura ejusque renova-
 tione qualitas feudalis præsumenda est. Quia
 etiam de bonis Emphyteuticis, item Censiticis
 possessores investiri solent, ac investituræ
 renovationem petere tenentur. *Carp-*

20v. 1. C. 27. D. 7.

SOLI DEO GLORIA.



Th 2946

ULB Halle 3
003 613 631



Pou. dig.

VD77

hC

CHRIS
IN
pum
& Nob
In Car
UT
JUL

L.D.
S
fed
nci-
ca
S
S,

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Kodak
LICENSED PRODUCT

Blue 3/Color Black
Cyan White
Green Magenta
Yellow Red
Magenta White
Red 3/Color Black
Yellow 3/Color Black
Cyan 3/Color Black
Green 3/Color Black
Blue 3/Color Black

Litter

IX.

